

dici debeat Ecclesia. vide & emphyteus. renouatio an fieri debeat legitimo in emphyt. Ecclesia vide Ruin. conf. 164. Emphyt. Eccles. quod renouari debeat: si Ecclesia in habilis sit ad restituend. expensas emphyteut. Bal. cof. 475. Giach.

g Quid, si ab Ecclesia concessa sit emphyt. alicui pro se, & heredibus, quibuscumque. Dabitur non est vllum, quin emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos heredes descendat, si data sit Titio, & quibuscumque eius heredibus. Particula

12 ¶ enim quibuscumque generalis est, & ambitu suo omnes omnino complectitur, cap. solita, 6. in fin. ibi, nihil excipiens qui dixit, quodcumque, de maior. & obed. cap. super quaestione 27. §. eos autem statutus ibi, vel iudex quicumque, de offic. & potest. iudic. de leg. cap. 1. ibi, personis quibuscumque, ubi glossa dicit, de iudic. lib. 3. Clem. Arque ita præter Clarum nostrum, sentunt Bal. in l. 1. ff. de rer. diuis. in q. 24. Roman. in l. etiam, 18. in prin. ff. solut. matrim. Curt. lunc. conf. 4. sub nu. 24. vers. confirmatur, & c. Rip. in l. ex facto, 17. §. vlt. nu. 16. ff. ad S. C. Trebellian. Vinus libro 1. sylux communium opin. in opi. 248. vers. sed ista sententia. Vt ill. in additionib. ad Afflic. decis. 100. Ioan. Borchoit. in comment. de feud. c. 3. n. 17. & Trentacinq. d. lib. 3. refo. 3. nu. 12. vbi ex Viuio subiicit, hanc conclusionem procedere, etiam si dictum sit in concessione: pro te, & successoribus quibuscumque, Harpr.

h Vbi concessio facta fuisse pro se, & heredibus, & quibus dederit. Quantus in concessione dictum fuit pro te, & heredibus, & quibus dederit: etiam heredes quousque extraneos includi, indubitatum est: vt post Clarum hic nostrum, & alios, testatur Trentacinquius d. lib. 3. resolut. 3. num. 13. Harpr.

quunt inter emphyteusis concessam cum debitis solemnitatibus, & concessam sine solemnitatibus, debitis, videtur esse insipida. Possit responderi, quod solemnitates, de quibus in cap. sine exceptione. Licet de iur. is rigore essent seruanda in concessionibus emphyt. tamen hodie non seruantur, & nihilominus consuetudine valent ipsa concessiones. Ita in specie dicit, & de ipsa consuetudine attestatur Spec. de locato. in d. S.

mus: vt ego etiam suspicor, certe illam non dicitur approbase, nisi simpliciter comminando sacerdotibus penas ab illa lege laicis impostas non autem approbando eius dispositione. Præterea dato, quod illa l. iubemus esset expresse, & in totum canonizata, non per hoc potest inferri ad S. emphyteu. quo positus est in alia constitutione prorsus superata, & aliud disponente, & quæ videtur emanasse non ad interpretationem, vt dicit Are. sed potius ad correctionem constitutionis Leonine, vt probatur ex verbis ipsius constitutionis in princip. vbi dicit: Sed eo, quod non generaliter posita sit in omnibus, egere etiam ea quadam correctione credimus, licet gloss. exponat correctionem pro supplementatione. Si ergo non reperitur iure canonico, quod emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non sit ad quoscumque heredes etiam extraneos transitoria, & consequenter, si nihil in emphyteusis speciale constitutum est, aliter quam in alijs alienationibus rerum ecclesiasticarum, videtur dicendum, quod sicut, si esset interuenientibus debitis solemnitatibus vendita, seu donata res ecclesie alicui pro se, & heredibus, proculdubio etiam ad extraneos transiret, ita etiam si eo modo res Ecclesie in emphyteusis concedatur alicui pro se, & heredibus debet etiam ad extraneos heredes transire.

Et si dicas ( prout etiam nonnulli Doctores in hoc proposito considerant ) quod ex quo emphyteusis Ecclesiastica concessa in perpetuum sine debitis solemnitatibus est ipso iure nulla, vt est textus in dicto cap. nulli. non videtur tractandum, an eo casu transeat ad extraneos heredes, quia cum sit inualida, non transit neque ad filios, imò neque etiam valet in primo recipiente, & ideo consideratio eorum, qui in hoc proposito distinguunt inter emphyteusis concessam cum debitis solemnitatibus, & concessam sine solemnitatibus, debitis, videtur esse insipida. Possit responderi, quod solemnitates, de quibus in cap. sine exceptione. Licet de iur. is rigore essent seruanda in concessionibus emphyt. tamen hodie non seruantur, & nihilominus consuetudine valent ipsa concessiones. Ita in specie dicit, & de ipsa consuetudine attestatur Spec. de locato. in d. S.

nunc aliqua. vers. Sexto queritur. Subdens, quod Ecclesia Romana talem consuetudinem dissimulat, & patitur, & hoc videtur sufficere ad hoc, vt teneat contractus. Attestatur etiam Azo. in summa. C. de sacro. Eccles. in fin. dicens: quod hodie de consuetudine Abbates cum suo Collegio tradunt indistincte res ecclesiasticas in emphyteusim, quæ refert Apostill. ad Abb. in d. c. in presentia. sub nu. 8. quæ verba Speculatoris, & Azonis, qui & in practica, & in Theorica sunt apud omnes maximè auctoritates, iudicio meo sunt valde notanda in hoc proposito. Posset enim dici, quod siquid interuenierunt debite solemnitates iuxta text. in d. c. nulli. & d. c. sine exceptione. Transibit ad extraneos heredes: si verò non interuenierunt, quo casu nihilominus valet ex generali consuetudine, iuxta doctrinam Specul. & Azonis supra allegatam, non transibit ad extraneos. Neque obstat, quod solemnitates requisitæ in alienatione rerum ecclesiasticarum non possunt consuetudine tolli, nec diminui, vt dixi in d. S. emptio, quia illud procedit in totali alienatione, secus autem in concessione emphyteutica, quæ est minoris præiudicij, vt de se patet. Et ideo Spec. in loco præallegato tenet, quod talis consuetudo valeat, tanquam utilis Ecclesie, vt cum minori solemnitate possint facilius fieri contractus, quod est multum rationabile, præsertim cum ex tolerantia summi Pontificis videatur consuetudo ipsa per tantum temporis spatium Sedis Apostolicæ auctoritate roborata.

Præterea posset etiam aliter poni exemplum de emphyteusis eccles. que sit concessa sine debitis solemnitatibus, & tamen valeat, puta quædò est res solita concedi in emphyteusim, quæ ad Ecclesiam est reuersa: nam omnes Doct. hoc casu concordant, quod potest illam Prælati de nouo in emphyteus. concedere, etiam non adhibito consensu capituli, neque seruatis alijs solemnitatibus in rei ecclesiast. alienatione requisitis, vt dixi supra in d. q. 6.

Quidquid tamen disputando dici posset, transeo indistincte cum sententia magis communi, quod scilicet emphyteus. ecclesiastica concessa pro se, & heredibus, sine cum debitis solemnitatibus, sine sine illis concessa sit, non quam transit ad extraneos heredes, sed tantummodo ad filios, sine descendentes ipsius recipientis: nisi vltra debitas solemnitates expresse concessa fuerit etiam pro heredibus extraneis, vel in ipsa inuestitura apposita sint talia verba, quæ hoc importent, puta, pro se, & quibus dederit, vel pro se, & heredibus quibuscumque, & c. vt inferius dicam.

Vnum tamen scias in hoc proposito, quod si forte non constabat bona in emphyteusis concessa fuisse Ecclesie, & per ipsam concessionem recognita sunt ab Ecclesia, eo casu vtique etiam si concessio esset simpliciter facta pro se, & heredibus, transiret etiam ad extraneos heredes: & hoc absque aliquo contradicatore procedit, vt dicit Gratius in allegato conf. 75. num. 29. lib. 1. Debet enim Ecclesia contentari, quod senserit commodum ipsius recognitionis, cum aliter probare non posset bona ad se pertinere, absque eo, quod vellet ea ab heredibus recipientis, licet extraneis, auferre.

Sed quæro, quid si ab Ecclesia concessa sit emphyteusis alicui pro se, & heredibus quibuscumque numquid emphyteusis transibit ad extraneos heredes? Respondeo, quod si debite solemnitates in concessione interuenierunt, transibit etiam ad extraneos heredes. Et hæc est communis opinio, vt ait Didac. in dicto cap. 17. post numerum 5. ver. Quin, & si emphyteusis, qui ad hoc propositum multos allegat, qui tamen loquuntur in feudo, de quo plenius dixi in d. quaestione 9. vers. Hoc præmissis. Conclusio tamen est in se vera, & communis, quia nulli dubium est, quin verbum, Quibuscumque, comprehendat etiam extraneos, in quacumque materia positum sit. Et hoc omnes penè fatentur.

Idemque multo fortius dicendum esse, vbi concessio facta fuisse

fuisse pro se, & heredibus, & quibus dederit. Nam hæc verba, Et quibus dederit, comprehendunt non modo extraneos heredes vniuersali titulo venientes, sed etiam singulares successores. Et ita hanc opin. dicit esse communem Curt. iun. cof. 4. post nu. 1. vers. Sed quoniam. & conf. 130. nu. 2. vbi dicit, quod ita concludunt communiter scribentes: & in Auth. res qua. num. 24. C. communia de lega. & hæc omnia nota, quia quotidie contingit in practica. Vbi tamè in ista materia aliquis casus de facto tibi contingat, recurre semper ad consuetudinem ciuitatis, vel prouinciæ, in qua concessio ipsa facta est & secundum illa iudicanda non errabis. Illa enim præcipue est attendenda: & ita dicunt omnes Doct. vt ait Fel. in d. c. in presentia. n. 27. in si. licet non sit omnino expeditum, & consuetudo possit inducere, vt res Eccles. possint in emphyteusim concedi absque iusta, & rationabili causa. Si tamen esset consuetudo, & emphyteus. legitime concessa non transiret ad extraneos, vel feminas, vel hmoi, deberet talis consuetudo proculdubio obseruari. Et hæc est cõ. op. ut ait Ber. in d. c. in presentia. n. 391. in si.

QVÆSTIO XXIX.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Emphyteusis, an veniat in confiscatione bonorum, & consequenter an transeat in fiscum.

ADDITIONES.

QVÆST. XXIX.

1 N unquid confiscatis bonis emphyteutæ, Emphyteusis transeat in fiscum. Quod bona Emphyteutica, vel censuaria, quæ ex vi pactorum, aut pro sui natura in extraneos transmitti possunt in fiscum per publicationem bonorum transeant, vltra Bart. hic a Claro allegatum, affirmant Bald. conf. 284. num. 32. volu. 2. Dec. conf. 442. numer. 31. Ruin. conf. 23. num. 33. & conf. 26. lib. 5. holsque refertens M. Antonius Peregr. libr. 5. de iure fisci. titul. 1. num. 70. Harpr.

2 Quod emphyteusis Ecclesiastica, de sui natura ad quosuis heredes, adedque etiam extraneos, transeat contra Clarum nostrum, & opinionem communem, monstratum est supra in additionibus ad quaestionem proximè præcedentem, nu. 6. & seq. Harpr.



Secundum, quæro nunquid confiscatis bonis emphyteutæ, emphyteusis, transeat in Fiscum? Respond. aliqui simpliciter dicunt, quod bona emphyteutica non transeant in fiscum. Et hanc opinionem dixit esse communem, Boer. decis. 378. numero septimo. Bartholus autem in l. si finita, §. si de reffigalibus, numero sexto, ff. de damno iniur. 70. Harpr.

Adde quod emphyteusis Ecclesiastica, secundum magis communem opinionem non transit in fiscum, vt dicit Roland. conf. 96. num. 10. post Socin. in conf. 121. nu. 18. volum. 4. & dixi in colle. mea commun. opin. verb. emphyt. nu. 8. Giach.

Emphyteusis ecclesiastica de sui natura non transit ad extraneos heredes, non transit in fiscum. Et hanc opinionem Bartholus dicit esse communem. Apostill. ad Angelum de Maleficijs, in verbo, Et eius bona, numero decimosexto.

Tu dic, quod siquidem emphyteusis est simpliciter concessa a priuato, non videtur dubitandum, quia transeat in fiscum, sicut & alia bona ipsius delinquentis. Illa enim proculdubio de sui natura transit ad quoscumque heredes etiam extraneos, vt dixi supra Quaestione proxima, Versiculo Tertius est, & ideo transit etiam in fiscum. Si vero in ipsa concessione apposita sunt aliqua verba, ex quibus

appareat contrahentes noluisse emphyteusim ad extraneos heredes transire, non transeat in fiscum, qui est loco extranei heredis. Et ita communiter concluditur, vt dicit Alexnd. confil. 32. numero quinto, libro primo, quod est duplicatum conf. 83. libro 3. quem refert Apost. ad Rimin. confilio 21. sub num. 7. Idem dicit Alexand. confil. 89. numero 2. lib. 4. in emphyteusim autem ecclesiastica aliqui simpliciter tenent, quod illa non transit in fiscum, et dicit Ruin. conf. 161. num. 7. libro primo, quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Socin. conf. 121. numer. 18. libro quarto. Cum enim secundum magis communem opinionem emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transeat ad extraneos heredes, vt reuili supra quaest. prox. merito non debet in fiscum transire. Regulariter enim, quæ non transeunt ad extraneos heredes, non transeunt in fiscum, vt tenent omnes, teste Socin. in d. confilio 121. numero 17. Aliqui vero tenent, quod imò emphyteusis Ecclesiastica, ex ipsa bonorum confiscatione transeat in fiscum, sed quod deinde sit in arbitrio ipsius Ecclesie, an velit rem ipsam apud fiscum dimittere, an autem ab eo auferre, & hanc dicit videri magis communem sententiam. Ruin. confilio 23. num. 33. libro quinto, quam in effectu videtur tenere Bart. & alij in d. S. si de reffigalibus.

quenter an transeat in fiscum.

Ex Additionibus.

1 An bona emphyteutica in fiscum per bonorum publicationem transeant.  
2 Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura ad quosuis transit heredes.

breuiter, si emphyteusis sit concessa tali modo, quod non sit transitoria ad extraneos heredes, res nullam habet difficultatem. Nam argumentum optime procedit negatiue, scilicet si emphyteusis non transit in extraneum heredem, neque etiam transit in fiscum, qui est loco extranei heredis, vt dixi infra libro 7. §. si fisci. & hoc siue sit concessa ab Ecclesia, siue a priuato. Si vero emphyteusis sit ad extraneos transitoria, tunc siquidem est concessa a priuato, procedit argumentum etiam affirmatiue, vt scilicet si transit in extraneum transeat etiam in fiscum, vt supra dictum est. Sed si est concessa ab Ecclesia, mihi magis placet illa opinio, quod fauore Ecclesie in fiscum non transeat. Certum est enim, quod ex eo efficeretur conditio ipsius Ecclesie longe deterior, cum proculdubio fisci sit potentior, quam priuatus, non solum difficultate conueniendi, sed etiam ex infinitis priuilegijs quæ habet, præsertim quia nunquam esset spes caducitatis, cum semper fisco competat in integrum restitutio, neque quod propter finem linea res ad Ecclesiam reuenteretur, quia fisci non quam moritur: neque est aliquo modo versimile, quod Ecclesia eo animo aliquam rem in emphyteusim concedat, vt possit casus euenire, propter quæ ad ipsam res emphyteutica, vltimus non reuertatur, quod esset in maximum ipsius Ecclesie detri-